

D E C I B O E T
P O T V.

Caput IIII.

CAPITI de aëre proximè annectenda sequitur de cibo & potu tractatio, quæ non minus videntur necessaria ad vita humanæ conservationem, quam ipse aër, licet is utilitate & subtilitate præcedat. Cibo enim & potu quicquid nectaris nostri & vitalis humoris, calore, laboribus vel mediâ exhaustum est, restituitur, pristinasque vires corporis cibo recreatum, recuperat: langioferumq; suum ex recepta simili sui substantia, vitalique balsamo deponit, & novas vires reperit. Isdem enim nutrimur, quibus constamus. Opportunitus quidem hic esset locus diffidillimæ quæstionis enotandæ, An scilicet persistat bipotusq; ue
re quis diu posse & vivere citra alimenti, aut potus sùm vivere
cibis assumptionem? Cuius solutionem rationes posse.
que alio rejicimus. Afferam huc tantum, quæ mihi Conflani vidisse contigit ante annos sex, & puella quæ
quæ de re nova & parum usitata brèviter dici possint, explicabo. Illic enim, suscepso in illo*senni*
tractus itinere, vidi puellam tres aut quatuor ati-
nios natam, quæ jama sine cibo ac potu per se-
quianum persistiterat. Mirabantur omnes tam
stupendum easum, multi que sibi persuade-
bant, aliter fieri non posse, quin alimentis clavis
palceretur. Vbi vero ego ventriculum, hypo-

*Num homo
diu citra ci-
trum possit?*

*Historia de
dam Conflan-*

M chomæ

chondria, mesenterii, & inferioris abdominis regionem attrectavi, dimovi illos à sinistra opione, aperte docens in illo abdomine usque ad eō depresso, & instar marmorei lapidis indurato, nihil colligi posse, cum nihil in illas partes trajici, nec influere queat: Subiit me quoq; non levius tam novæ ac stupendæ rei admiratio, qui vita perstare posset, in organis illis naturalibus, omnibus facultatibus ac functionibus destitutis. Tandem meditatus istius rei causas, intuli coagulatas illas partes & prorsus exsiccatas, non minus subtiliter ac à corruptione se tueri posse, quam infans illi, qui in utero materno in lapide conversus, ibi per multos annos citra sui, matris-que corruptionem perstirrit, prout omnibus hu- ius rei nota est historia. Quod autem puella illa frueretur vitâ citra alimenti aut cibi usum: ratio est: quod potissimæ corporis partes, in quibus vita potissimum suam sedem habet, cor videlicet, pectus & caput, admodum vividæ & vitales perstarent: quæ cum ut alia ignobiliora membra crassum alimentum non desiderent, quale ventriculus, hepar & lien, ut in quotidiana ciborum concoctione animadvertisit: quibus ut vi- ta conservetur, nec non cor, pectus seu pulmo- nes, & caput, necesse est, ut in aëream & spiritua- lem substantiam à ventriculo & hepate præpa- tentur: Alioqui si crassior esset ciborum sub- stantia, ab illis spiritualibus partibus non reci- petetur, quæ similibus, non aliis oblectari solent. Cum, inquam, eæ partes sint spiritualiores, & magis aëreæ, spiritu etiam & aëre easdem fove- ri,

*Ratio cur
homo viue-
re deposit cibis
aut cibi
usum.*

ri, certo certius inferre licet. Hinc sit ut cor statim præfocetur, si ad momentum aëris ad cor meantis per pulmones aditus intercipiantur. Hinc docent etiam medici cerebrum odoribus fovere, & partes pectoris & cordis aëres spiritu recreari: quæ quidem partes cum vita fruuntur, ea non sibi tantum tinent, sed in totum corpus, si pateant measus diffundunt. At cum in illa puella, sole illæ partes in tota capacitate abdominis sic extinctæ & demortuæ prorsus essent, & omnibus suis functionibus destitutæ, quæ necessariæ etiam non videntur ad cibi, cerebri, pulmonum & cordis, hoc est, ad aërei & spirituosi attractionem & concoctionem, nisi de cibo crassiore agatur, qui in spiritum & aërem præparari debet: minrum amplius esse non debuit, si præcipuæ illæ & nobilissime totius corporis partes, vita fruuntur, cum illis organis carere possint ad vitam suam tuendam. Verum quidem est eas bonâ sui nutrimenti parte destruit, quæ ex cibo à ventriculo, hepate, liene, præparato, ad ipsas transferuntur: satis tamen alimenti ab exteriore aëre, & odoribus percipiunt, quo vivant ad aliquot annos. Restat adhuc & hic dissolvendus nodus: cur extinctis tam nobilibus partibus, & roti corpori suminæ necessariis, quales sunt vetriculus, hepar, lien, mesenterium, intestina, reliquum corpus non corrumpatur. Diximus ad alimenti aëris distributionem nobilissimas illas tres partes, facile carere functionibus, & præsentia ventriculi & reliquaorum: At quod demortuis his partibus reliquæ non intereant, ratio est, quia nullam

M 2 alia

aliis corruptionem inferunt, qua inficiantur ac depereant: immo tantum abest, ut corrumpant, ut contra balsamo suo eas potius foveant. Cum enim mors istarum partium nihil aliud sit, quam facta, sensim carneae essentiae in salinam aut lapidosam substantiam conversio, quae quidem salina substantia (ut salis proprium est) non corruptit, sed a corruptione conservat: nihil mirum, si lapidosae eiusmodi partes se se ipsas in corpore trahant, & aliis nullam noxam inferant.

*In quo vita
corporis hu-
mani per-
sistat.*

Fatebimur tamet, ut pars est, cum hoc duplice medio vita corporis humani foveatur, aere videlicet externo, & cibo ingestu, tum integrum & perfectissimum in nobis vitam vigere, & corpus in omnes suas dimensiones extendi, cum utroque hoc medio homo uti potest. Hic rursus curiosus aliquis querat, quomodo ea partes in marmoream substantiam verti possint. Sed cum omnia non sint unius loci propria, differimus alio huius questionis solutionem: de qua tamen hic obiter dicemus, in microcosmo minerales etiam aquas contineri, quae in salem & lapides, carneas substantias commutent: prout in ma-

*Num inter-
crocosmo multas similes videre licet, quae quic-
qua corporis quid in eas injicitur sive sint herbæ sive ligna,
partes lapi-
descere pos-
bus.*

crocosmo multas similes videre licet, quae quicqua corporis quid in eas injicitur sive sint herbæ sive ligna, partes lapi-
congelant, & in marmora, saxa, lapides vel me-
tallicam substantiam, pro sua natura conver-
tunt.

Eandem puellam aliquot post menses, cum per eandem urbem transirem, in eodem statu comperi, ita ut per integrum annum, me aliquando praesente & invidente, talis persistiter.

Refere-

Referebat illa melancholicum temperamentum, tacitura admodum, ut ne verbum quidem unquam vel vix hisceret; pendente semper capite, reliquis membris, ut brachiis & cruribus moveri nesciis: quod scilicet aereo tantum & spiritali cibo fruens, non crassiore, quo crassiores & solidiores partes firmantur, ad motum corporis esset impotens. At (quod me magis in admirationem rapuit) ab eo tempore, quo mihi visa est, intellexi: illam creuisse, incedere etiam & tandem naturalem edendi ac bibendi appetitum receisse. Hinc constat non prorsus in lapideam substantiam conversas fuisse illius puellæ partes, quemadmodum foetus ille in utero totus in lapideum commutatus est, quod tamen fieri potuit, quodq; ex insigni duritie conjiciebam: sed tantum tartareis fecibus, iisq; densis ac spissis circumquaq; involutas ad tempus: quæ vel natura, vel arte in liquorem solutæ, sensim evanuerunt, & ex partibus exclusæ sunt: unde repurgata membra ad pristinas facultates, & destinatas functiones redierunt.

Agitur iam quoque tertius aut quartus annus, ex quo aliam vidi puellam, octodecim annos aut circiter natam, temperamento queque melancholico, quæ citra cibum & potum supra triennium vixerat.

Illa sensim primum panis, deinde ciborum aliorum omnium appetitum, vel fructuum etiam amiserat. Ad aliquod tempus jusculis nutrita, paullatim etiam usum illorum remisit: Tandem aliquot cochlearia vini, aqua diluti, ei oblata sunt,

*Alia op-
nio de eadē
historiā.*

*Alia histo-
ria de quar-
dam alia pu-
ella, ab om-
ni ciborum*

*potusq; usq;
abstinentia.*

donec & usum illius prorsus etiam respuens, non ferente potum stomacho, ex dolore & cruciatu, quem illic præferebat: ita ut ad extreum ~~aridum~~
citra ullius rei ingestionem; hac inedia aliquot dies duraverit, dein & hebdomadas, ac tandem integrum annum, quo citra ullius alimenti usum, quam aeris vivebat valetudine integrâ.

Puella hæc (qua Apollonia Chrier nuncupatur) nata erat in quodam pago seu oppidulo Galz dicto, ditionis Bernensis, inter reliquas Helveticas potentissimæ. Senatus Bernensis summa prudentia ac sapientia prædictus, accepta inaudita fama, jussit Bernam & matrem & filiam adduci: quas in Xenodochio urbis collocari, & ibi observari à custodibus voluit, num mater filie aliquid clam porrigeret, ne quid fraudis subfasset. Cui rei cum per aliquot dies accuratè invigilatum esset, cognitum tandem verè fuit, & certissimè, illam citra ullam alimenti ingestionem vivere. Tanti miraculi rumor statim totam Helvetiam, longiusque pervasit. Tunc ego Soliduri eram cum Illustrissimo ac sapientissimo viro Dn. de Sillery Galliæ Procancellario (domino, inquit, mihi plurimum colendo) quem illuc eram pro ea, qua me amplectitur amicitia, comitatus, in ea legatione ex regis mandato suscepta, ad initia inter Regé & Helveticas respublicas renovanda ac confirmanda foedera: quam quidem usq; adeò sapienter & feliciter obiit: prout in omnibus gravissimis regni muniis sibi demandatis versari solet sapientissimè, ut non hic tantum, sed ne ubiq; gentium eius virtus & gloria

gloria satis abunde prædicetur. Hic igitur Illustr. dominus adeo stupendæ rei fama perculius, operavit, ut Bernam quinque tantum miliaribus Soloduro distantem me conferrem, ut ex telta oculato rei veritatem certius cognosceret.

Cum & puella superior & hæc posterior dicantur primò sensim appetitum amisisse, quam aboli us prorsus esse: cib: usus. Rationemq; su- præ non pereuntis sensim appetitus, & tandem prorsus extincti: sed vitæ tantum eitra usum alimenti permanentis breviter explicav erimus: hic visum est annexare causas. unde nobis appetitus vel paulatim imminuator, vel tandem totus prosternatur.

Referunt Doctores eximii in suis Academiis, *Vnde appetitus præsternatur.* appetitus destructionem oriri, ve ex nimio calore ventriculum & spiritus esuriei deservientes, in eoque habitantes exsiccante; vel à nimia frigiditate, eosdem spiritus congelante; vel ab obstruptione partium, qua spiritus illi per suam sphæram vagari prohibentur, & munus suum obire. Has causas jure merito censemus admittendas, siquidem experientiâ quotidianaâ docemur, in extremis caloribus appetitum languere, ut sitibundos in hepate spiritus ad potum exacui: Sic nimio frigore internas partes congelascere, easque tartareis fœcibus ac lapidosis, quas illi pituitosas vocant, interdum involvi & obstrui. Quæ cum vera sint, causarum tamen istarum veritas, ad externas intemperies simpliciter non est referenda; sed ad internas potius corporis humani, suorum tunc astrorum intem-

*Cur homo
estate plus
bibat, quam
edat.*

M 4 peri-

periem, & influentias sustinentis. Quin & obtrunctiones, quibus eæ partes scatent, modò sensim, modò uno momento genitæ (ut in infantibus vix natis, jam grandiores vesicæ lapides fermentibus, videre licet) à spiritibus tartareis aut mineralibus: vel sensim (ut cum paulatim crescente frigore tandem aqua congelatur) vel uno momento (ut cum ad gelidissimum unius noctis astrum, flumina conglaciantur) procreantur, & motum partium illarum, fluxamq; spirituum cohibent: quo sit ut appetitus vel sensim, vel uno

Cur appetitus lagueat, momento pereat.

vel prorsus Vbi igitur non est appetitus, ibi neque attractio: ubi nulla attractio, inanis est quoq; retentio: retentione vero virtutæ, digestoris quoq; vanus & irritus erit conatus, sicut & similiter excretionis. Hæc est aurea illa Homeri catena, continua vinculorum annexionibus absoluta, ex qua colligi potest, quod, si facultatum una aberrat, alteram quoque statim vitari ac perverti, necesse sit.

Instrumentum autem sive motor primarius omnium harum facultatum, hoc sese ordine subsequentium, est ipse appetitus, excitatus ab humore acido sive melancholico, qui per meatum splenicum, à medicis vas breve & venosum appellatum, transmittitur in ventriculum, ut vulgaris medicorum fert opinio: Vbi potius hic statuendi sint spiritus famelici sive famem inducentes, acidi & vitriolati, qui exhaustis & consumptis alimentis, adeo ut nulla amplius residua sit materia, in quam ipsi actionem suam, id est, rationis

Ynde appetitus edendi gravatur.

sionis ac mordacitatis vim exercere queant : superius ventriculi orificium (quæ pars corporis exquisitissimo sensu prædicta est, ut in quam implantati sint duo rami, è sexto nervorum pari seu conjugatione derivati) adoriantur, idque spiritualis sua aciditate stimulant , vellicant ac pungunt. Ex qua vellicatione seu lancingatione excitatatur sensus , ex sensu appetitus , ex appetitu famæ , quæ ex iisdem famelicis spiritibus provocata ac producta existit. Hi enim sunt ipsi , qui esuriant & sitiunt , & qui post absumptam alimenti ac ciborum materiam , confessim aliam novam appetunt , quam attractam acidâ sua & mordacitatem dissolvendi ac conteredi facultate confringunt , quæ dissolutio ac contritio , postea à medicis appellatur concoctio sive digestio . Hac dissimulatione sive digestione peracta , quæ quinq; aut sex potissimum horis absolvitur , alimentosæ substantiæ sit conversio in chylum , idque mediabantibus famelicis istis spiritibus , aut igni naturæ potius formalí , quam materiali : Quam concoctionem ad hunc modum factam , nullus aliud calor externus sive igneus , quantumvis veherentissimus ac ferventissimus , vel per plurimum etium dierum ac septimanarum durans spaciū , perficere unquam posset . Cum verò hi spiritus esurientes à suarum functionum officio impediuntur , sicut id fieri facile potest à causis supra dictis , ubi videlicet appetitus fuerit depravatus , vel prorsus etiam abolitus , sit tandem , ut licet omni manducandi desiderio sublatu , fame prorsus nulla urgeatur homo : tamen sine ulla ciboru *Cur homo
dū persistat
sine cibori*

M 5 inge- uſu.

ingestione vivere possit : nec aliunde accipiat
vitæ producendæ foimentum, nisi à solo isto vi-
vifici nectaris fonte, & vera aqua vitæ, rema-
nente ac residente in sanguine, jam in ipsis ve-
nis & arteriis contento : Quæ aqua vitæ, cum
sit spiritualis aëreæque substantiæ, ab aëre quo-
que, quem quotidie haurimus & inspiramus, fa-
vetur & alitur : ab eoque à suffocationis & ex-
tinctionis periculo custoditur : unde illa, velut
ignis suaviter accensus, ad tempus etiam di-
turnum, vitalem calorem benignè foveat ac su-
stentat, & ita consequenter vitam prorogando
conservat: in tantum temporis spatiū, quā
major aut minor illius fuerit copia, in quantita-
te & qualitate. Vbi necessariò quoque requiritur,
ut vala illa, (quæ aquam hanc divinam conti-
nent,) sint optimo & Hermetico sigillo occlusa,
hoc est, ut venæ, arteriæ, & ipsa corporis sub-
stantia, ne sit plus justo densa aut rara, aperta &
perspirabilis : alías enim inde sequeretur aut tar-
dior, aut celerior spirituum attractorum, expira-
tio & dissipatio.

Videor mihi hīc audire, tonitruosum quen-
dam aliquorum Censorum strepitum, ac ma-
gnum boatum, qui à vano contradicendi stu-
dio inflammati, mihi objicere haud verentur,
me contra medicorum theorematā, diutinis
hactenus artis operibus stabilitatē, & tanquam in-
fallibilia & irrefragabilia, audere quid novi in-
ferre, ac præserim hanc invictissimam, uī opini-
nantur, artis legem infringere velle, qua pas-
sim declamatū, calorem naturalem & humo-
rem

rem radicalem, continuo fluxu indies exhaustum & dissipatum, debere rursus resarciri ac reparari, beneficio cibi aut potus, seu alimentorum ingestorum suffectione. Sed quomodo quo^{lo}, ô. Anatopici, stabit hæc vestra distinctio ac distributio partium nobilium & principum, cerebri scilicet, cordis & hepatis, sine quorum functionibus animal vivere non posse indubitanter astruitis: sic nec citra functiones reliquarum partium, non minus, uti putatis, ad vitæ conservationem utilium ac maximè necessariorum, ut sunt ventriculus, splen, intestina, pulmones, renes, vesica, quibus secundum dignitatis ordinem, in vitæ œconomia attribuitis. Cum tamen ex his duobus exemplis, suprà à nobis allatis, certius certo affirmari possit, adeò, ut id vel digitis palpitare, & nisi voluntaria calligine offundi velitis, oculis ipsis intueri possitis: quod vita subsistere & persistare nihilominus queat, nec adhuc extinguitur, licet tum functiones jecinoris, ventriculi, lienis, renum & vesicæ sint vel depravatae & corruptæ, vel omnino etiam destructæ & ablatae. Hæc duo raritatis, vel potius mirabilitatis exempla, confirmari adhuc possunt aliorum pluriū exemplorum authoritatibus.

Plinius lib. 2. hist. natural. & post ipsum Cæl.

lib. 24. cap. 21. ant. lect. scribunt, quod in extremitatibus Indiæ, finibus, ab oriente versus fontem dam ex solo & scaturiginem Gangis, populi quidam sint, radicum flororum Astomi dicti, qui solummodo ex odoribus & rumi; odore subtilibus exhalationibus quarundam radicum, viventes.

Populi qui-

Duplices corporis par-
tes iuxta
Anatomia-
corum do-
ciruum.

florum & fructuum, per narium inspirationem
attractis vivant.

Olympidorus Platonicus, interpres Aristote-
lis scripsit, quod homo quidam fuerit, qui toto
ætatis ac vitæ suæ decursu, nihil unquam man-
ducari, sed in sole semper versatus, ex eo spiri-
tuale sibi nutrimentum attraxerit. Plato in phœ-
done simile quid habet.

Sed ut nostrī seculi historias & exempla, tan-
quam recentiora, tandem adducamus : Albertus
Mulier
quædam
vixit citra
cibum &
potum.

*Alia hi-
storia.*

Gerardus Bucoldianus, alioq; complures au-
thores gravissimi narrant, quod anno Christi
1539. inter Spirensium subditos, in pago quodam
Rhodo, inventa sit puella quædā, nomine Mar-
garita, filia Suffridi VVeis & Barbaræ, quæ an-
num circiter decimum agens, levii quodam ca-
pitis ventrisq; dolore tentata, ipso die festo S.
Michælis, cibum capere, & manducare non ab-
horruit usque ad festum nati Salvatoris nostri :
à quo die ciborum usum cepit fastidire & pror-
sus abdicare, cessantibus simul alvi excretioni-
bus. Eadem post dies paschales, reculavit quoq;
poculentorum usum, nullamque amplius urinam
reddebat. Imperator Ferdinandus, obviam
ire volens tali imposturæ, si qua esset, manda-
vit medicis suis, ut hanc rem diligenti inqui-
sitione,

sitione; ac summâ industriâ, penitus cognoscerent.

Hæc historia non absimilis est illi alteri, supra commenioratae, quæ in ditione Dominorum Bernensium in Helvetia accidit.

Hinc videmus, nullam esse thesin sive regulam in Medicina tam probabilem, certam ac firmam, quæ non exceptionem aliquam admittat.

Potus necessarius est ad cibum, liquore aliquo imbuendum: ubi multos inveniri videmus, qui potius cibi quam potus usu, ad tempus carere possunt. Sic etiam nulli dubium est posse aliquem æquè siti perire, ac fame. Id si necessitas postularet, exemplis in medium allatis, iisque quam pluribus, facilè demonstrare possemus. Præterea notum est omnibus, fainem ipsa siti tolerabiliorem esse: quamvis negari non possit, aliquos potus usum. etiam repertos fuisse (quod etiam inter rara contingentia annumerandum est) uti Magonem Carthaginem, & Lasytam Laisonentein, qui sine ullo liquidorum usu, totam ætatem exegrint: assumptis nihilominus & comeditis cibis satiatis: ut Athenæus annotavit.

Cœlius scribit, quod quidam Neapolitanus Tomacelliensis, totius vitæ curricalum absq; potu absolverit.

Aristoteles quodam in loco mentionem facit cuiusdam Andronis Argiensis, qui per omnem vitæ decursum nunquam sitierit aut biberit, usus interim multis cibis sale confectis ac exsiccatis.

Idem profectus Hæmonium, licet in itinerè nullis prorsus oblatis aquis, ipse sola farina sicca vive-

*Potus æquè
necessarius
est ac cibus.*

*Aliquos
vixisse citra
potus usum.*

Athe. lib.

2.6. 2.

viveret, ab omnibus tamen liquidis omnino abstinebat, quod & reliquo ætatis cursu continuo facere consuevit.

*Causa en-
quis non ur-
geatur siti.* Non hic diutius in eiusmodi causis Sitis tolerandæ inquirendis immorabitur, hoc saltem notandum voluius, quod hac in re natura, & temperamentum humidum ac pituitosum, & solita ac consueta vivendi ratio, plurimum possint: Quod facile demonstrari posst exemplis, ab hydropticis sumptis, qui per potus abstinentiam (licet intolerabili & itigenti torqueantur siti) tamen curati fuerint. Verum quidem est, illos ab initio extrema siti fuisse cruciatos: sed paucatim, consuetudine, facilissime a poculentis posthac abstinere poterant. Imo fuerunt, qui ab hoc affectu liberati nunquam posthac, quamdiu vivebant, liquidis uti voluerunt, idque maximo quodam recidivæ metu: ut in historiis passim legitur, tum de Iulio Viatore Equite Romano, tum de aliis pluribus.

Sed quia hanc materiam fusius & plerius tractandam differimus in lib. nostrum de recondita rerum natura, hic quiescemos, contenti iis, quæ à nobis superius obiter dicta sunt, ubi aliis subtilioris ingenii hic occasionem & locum dabimus, qui inventis melioribus rationibus, demonstratione liquidiore explicare poterunt hanc questionem, *Eur homo circa omnem cibi potuſq; usum; ad tempus etiam diuturnum vivere poſſit?*

Recurramus itaque ad tractationem nostram de cibo ac potu, ubi in recitatidis duabus hisce historiolis, scitu dignissimis, substitutus, sum-

mam

mam nimirum ex his declaraturi *Dei Opt. Max.*
qui omnia gubernat, potestatem elucidere. Nec
præterea eadem historiolæ alienas ab instituto
nostro cuiquam videri debent, ut qui de cibi ac
potus usu, ac conditione multiplici hinc tractamus;
sine quibus alias homo ex ordinata & præscripta
Dei institutione vivere nequit: cum nihilomi-
nus tamen in his duabus puellis, & aliis singula-
re raritatis & admirationis spiculum nobis pro-
positum sit, ex quo infinita Dei omnipotentis
gloria conspicuè elucescit.

Antequam antiquitas plenam habuerit multo-
rum frumentorum, leguminum, granorumq; a-
liorum varii generis cognitionem: plures glan-
de vescebantur: alii peculiariter eorum fructuum. Primo ne-
genere, quibus abundabant, quemadmodum de stri parentes
Argivis scribitur, qui pyris pascebantur; Athe-
nienses vero sicibus, quibus ita abundabant, ut fuerint cibis
illis pecora enutrissent. Medis pro cibo erant a-
mygdalæ: Æthiopibus arundinum fructus: car-
damum Persis: Palmulæ Babyloniis: Ægyptiis Alex. b. 3.
lotus, ex cuius semine quedam panis species con- cap. II.
ficietur, ut scribit Aetius tetr. 1. Successu tem-
poris aristæ, hoc est, frumenti omne genus me-
lioris nutritionis inventum est, quod utilius ce-
teris omnibus vegetabilibus & granis præbet a-
limentum. Ex eo hodie conficitur panis noster;
illorum granorum usus ubiq; nunc familiarissi-
mus est: atque inde basis omnis nutritionis fa-
lubris & necessariæ statuitur.

Finixerunt Ethnici Poëtæ, olim Ceretem pri-
mam frugum inventricem fuisse, granorumque *Varia Cere-*
rus spūheta,
colen.

colendorum, molendorum, nec non pinsendo-
rum & in formam panis aptandorum ac coquen-
dorum solertiam excogitasse: Hinc variis nomi-
nibus & titulis apud Poetas legitur insignita, ut
modo fulva, rubra & frugifera vocetur: quæ
certè nominata ad varia mēsis tempora referen-
da sunt, eò quod frumentum pro gradu maturi-
tatis varios colores induat, ubéremque frugum
copiam exhibeat. Eadem ex alimento, quod ac-
cipimus ἀλυσίφηνον nūncupatur, ἀντιδέετο, παπο-
φόρος, ζωηδός, τούτοις διδάξετο, atque id genus aliis
decoratur: ut inde, quam magna ad Reipubl.
humanam ex agriculturæ inventione accesserit
utilitas & compendium innoteſcat. Harum in-
ventionum fidem facit Ovid. 3. Metam. his
versibus:

Prima Ceres unico terram dimovit aratro:

Prima dedit fruges alimentaque mitia terris &c.

Cui acce- Nos qui certiorem habemus de Deo cognitio-
ptum feren- pum, quam Ethnici illi, qui idolum de Cerere
dum sit fru- constituerunt, artem agriculturæ granoruimque
gum innen- omnium cognitionem & usum, quæ ad huma-
tum, niam vitali pertinent, ad Adamum eiusq; poste-
rōs opportuniū revocabimus, eisque accepta
feremus: sacris quippe literis accepimus, post diluvium & longè antea quam Chaldae, Græci,
Latini, eorumque idola Cybele, Ceres, & Bac-
chus extarent; edictum Noë hās artes restituī-
se, terram arasse & vitēm plantasse, unde agri-
cola & vinitor dictus est: eisque temporibus
panis, vini, aliorūmq; fructuum optimæ nutritio-
nis, sit mentio, ut non sit fas aliō inventum tanti
boni

boni referre citra scripturæ sanctæ contumeliam. Farendum tamen eorum rerum industria, ubi cœpit orbis populis scaturire, auctiorem fuisse: extitisseque solertiiores aliquos, & subtilius collendæ terræ, & solertiūs maturandarum frugum, atque præparandorum omnium in usum hominis alimentorum, peritos, quos tamen non licet Ethnicorum more inter Deos recensere, sed ut instrumenta Dei summi opificis agnoscere. Quare non nisi turpissimè & cum summa impietate lapsus est Ianas ille, Latij Rex (ubi constructa pôst Roma fuit) qui cùm agriculturæ & frugum ferendarū rationem unā cùm subditis ignoraret, artemque agrorum colendorum à Saturno profugo, regnoque à filio suo expulso, didicisset, non tantum illum ob insigniem utilitatem, quam accepérat, in societatem sui regni ascivit, sed in Deorum quoque numerum retulit.

*Ianas in
Deorum nu-
merum re-
latus ob 4.
gricuture
usum quæ à
Saturno di-
cicerat.*

Quibus ex antecedentibus duos Ethnicorum errores agnoscimus, prior est, quod illi panem & vinum reliquosque fructus, nec non carnes & pisces à Deo summo creatore in usum & utilitatem hominis creata esse, ignorarint: posterior vero, quod perperam de alimentorum adeo salubrium præparatione senserint, quæ singulari Dei Opt. Max. benignitate sensim hominibus fuit communicata: unde necessariò consequitur, quod ad divinum nomen & inventionis frugum, & præparationis earum gloria ubique referenda sit.

Antequam ciborum artificium ab omnibus gentibus cognitum fuisset: multæ earum diversis

N

in

in conservationem vitæ sive alimentis usæ sunt : aliæ siquidem in hunc finem agrestes feras v-
enabantur, ut Getuli : aliæ pisces, ut Ichthyophagi : aliæ testudines, qui Chelophagi dicebantur : cap. I. aliæ locustas, ut Ægyptii.

*Indorum
victus qua-
tinus* Quin & hodie Indorum vicitus longè alius à nostro, imò longè barbarior, ac inhumanissimus perspicitur, ut qui carnibus etiam huma-
nis pasci non horreant, quod testantur histo-
riæ.

Sed barbaros istos homines, ac plus quam ferinos cum crudeli vivendi getiere relinquimus, tantumque de illarum gentium vicitus ra-
tione loquamur, quæ in Europa sitæ sunt : quæ-
ve cultiores ac politiores habentur, quam in ul-
lis aliis orbis partibus. Earum propè omnium idem est alimentum, ratione tantum præparatio-
nis aliud ab alio differens.

Sed cum ego Gallus Gallis nostris hæc potissimum & privatum scribam, ut patriæ meæ usui-
sim : cumque de ea vicitus ratione, quæ ad vitam conservandam maximè confert, mecum sit pro-
positum tractare, nec usquam alibi melior, quam in nostra Francia occurrat, de notanda vivendi
ratione apud provincias Gallicas recepta,
pauca quedam subjungen-
tur.

DE